



MEDICAMEN-
TORVM OFFICINIS
Pharmaceuticis Reip. Augu-
stanæ vſitatorum.

CLASIS DECIMA QVINTA

AQVARVM DESTILLA-
tarum, liquorum, & diuerſa-
rum aceti ſpecierum condi-
tiones, vires, ac parandi
modos tra-
dens.



AQVA ANTIDOTALIS
Alexipharmaca, Mat-
thioli.

℞ Antidoti Matthioli,

Surupi

Syrupi de corticibus Citri. ana. librā semis.
Spiritus vini quā optimè rectificatī libras
duas semis.

Omnia vasi vitreo. capaci indita ore vasis dili-
gentèr obturato simul agitentur donec dissol-
uantur, idq; per mensem singulis hebdomadi-
bus, bis agitationem reiterando, fiat. Tum ve-
rò Electuariū in vasis fundo. residere permit-
tatur, vt aqua supernatans aureoque colore
tincta clarescat, quæ paulatim in aliud vitrum
effundatur, & à turbida fece segregetur; vas
verò acuratissimè clausū ne quid expiret, cu-
stodiatur.

Magnarum hæc aqua virium à drachmis tri-
bus ad quatuor cū pari vini odoriferi, aut
acetii, vel aquæ cuiusvis cordialis quantitate iētis
vel demorsis à quocūq; venenato animali etiā de-
speratis propinata salutē restituit, vomitione ple-
rumq; insectorum humorum copiam exhauriens,
ac momento vi suā in omnes corporis venas per-
means. Pollet etiam multis viribus in depulsione
affectuum cordis, cerebri, ventriculi, capitis, ac
uteri à frigiditate ortum ducentium.

AQVA ARTHRITICA

℞ Flor. Pulegij,

Chamomillæ,

Fol. Lauendulæ,

Maio -

Maioranæ. ana. vnciam vnam.

Anthos vncias tres.

Saluiæ,

Chamæpityos ana. vncias duas.

Myrrhæmundæ & optimæ vncias duas.

Caryophyllorum,

Cinamomi. ana. drachmas duas.

Rad. Pæoniæ vnciam semis.

Pyrethri,

Cyperi rotundi,

Iridis Illyricæ. ana. drach. vnam semis.

Cardamomi minoris,

Cubebæ. ana. drachmam vnam.

Nucis Moschatæ vnciam semis.

Infundantur in libris quatuor spiritus vini re-
ctificati, stentque in infusione vase probè clau-
sone quid expiret, per dies quatuordecim.
Postea destillantur in Balneo Mariæ, & liquor
extillatur reseruetur ad vsum.

T *Remulis, Paralyticis, ac Parêsin è Colicâ
perpeffis auxilio est, frigidis articulorû mor-
bis opitulatur, nervos roborat, & iuncturis viri-
um jacturam refarcit.*

AQVA VITÆ AVREA, LANGII.

Florum Liliorum Conuallium bonâ partem
Flores infundantur in vino bono veteri per o-
cto

Et o dies, deindè distillentur per Balneum Mariae lentissimo igne. Postea

Æ Aquæ stillatiæ Cerasorum nigrorum libram vnam semis.

Misce simul, quibus aquis infunde

Florum Lauendulæ manipulum vnum semis.

Anthos manipulum vnum.

Caryophyllorum drachmam vnam vel scrupulos duos.

Macis drachmam semis, vel scrupulos duos.

Scillæ præparatæ drachmas duas semis

Diptami albi drachmas duas.

Cubebarum drachmam semis.

Visci quercini drachmas duas.

Rad. Pæoniæ drachmas duas.

Incidenda inciduntur, & conuassanda conuassentur, & in vapore aquæ calentis ter distillentur, aquaq; in vase vitreo optimè clauso conseruetur.

Vires omnes corporis fulcit, præcipuè verò Epilepticos insultus abolet.

AQUA EPILEPTICA eiusdem.

Æ Florum Liliorum Conuallium manipulos duodecim.

Super-

Superfundatur mensura Vini Cretici aut Moschatelli, aut aliâs generosi, in eoq[ue] per dies quinq[ue]; infusi maneant, mox vitreis organis tepentis aquæ Balneo destillentur. Deindè.

℞ Cinamomi drachmas sex.

Nucis Moschatæ vnciam semis.

Piperis longi drach. duas.

Florum Lauendulæ vnciam vnam.

Rorismarini,

Stoechadis. ana. vnciam semis.

Cubebæ drachmas duas.

Visci quercini,

Rad. Pæoniæ.

Dictamni nostratis. ana. vnciam semis.

Omnia crassiusculè contrita rursus in superiore vino per dies octo macerentur loco aprico, postmodum destillentur vt suprà.

Trochiscorum hæc forma est.

℞ Sem. Pæoniæ excort. vnciam semis.

Margaritarum præparatarum vnciam semis.

Macis scrupulum vnum.

Fol. Auri numero sex.

Sacchari albissimi aqua iam dicta dissoluti vncias quinque.

Fiant Trochisci.

Ad

Ad Convulsiones & Epilepsias efficax, quarum paroxysmos abrumpit, earundemq; insultus praecauet.

AQVA MIRABILIS eiusdem.

℞ Elor. Primulae veris,
Rorismarini,
Maioranae,
Iux Arthetice. ana. manipulum vnum.
Spec. Diamoschi,
Dipliris,
Diambre. ana. vnciam semis.
Spec. confect. Anacardinae vnciam vnam.
Cubeborum,
Ligni Aloës,
Nucis Moschatae,
Caryophyllorum,
Macropiperis.
Carpobalsami. ana. drachmam vnam.
Rad. Acori,
Ireos,
Aristolochiae rotunda. ana. vnciam
vnam semis.
Sem. Sileris montani,
Pæoniae,
Foeniculi ana. drachmam vnam.
Pp. Aquae

Aquæ Herb. Paralyfis.

Saluæ.

Betonicæ ana. libram vnā.

Aquæ florum Tiliæ libram vnā semis.

Serapini,

Opopanacis,

Myrrhæ,

Gummi Iuniperini. ana. drachmam vnā semis.

Stent omnia simul mixta in infusione per dies octo, postea extrahantur per alembicum ter in cineribus calidis, vel vapore siue Balneo sicco.

Est mirabilis iuuamenti in præseruatione ab Apoplexia & omnibus agitudinibus nervorum frigidis, curans Paralyfim, torturam spasmus, & mirabiliter loquelam restituens.

B A L S A M V S E M - bryonum.

Nucis Moschatæ,

Macis,

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Zingiberis albi,

Cubebæ,

Granorum Paradisi,

Zedoariæ ana. vnciam vnā semis.

Galangæ drachmas sex.

Flo.

Florum Tunicae,

Tiliae ana. libram vnam.

Herb. Salviae,

Carui,

Foeniculi,

Verbenae,

Laudendulae ana. vncias tres.

Menthae crispae.

Rad. Paeoniae & sem. eiusdem.

Visci quercini decrefcente Luna collecti

drachmas duas.

Medullae panis triticei vnc. sex.

Herbae & radices incidantur minutim, Aro-

mata vero crassiusculè pulueriscentur, panisq;

medulla in frustula confringatur, quo facto

cōmisceantur omnia & affusis mensuris qua-

tuor Vini boni Maluatici in vase fictili vitrea-

to probè clauso ne quid expiret, sepeliantur in

cella vinaria sub tūs terram, stentq; ibi in dige-

stione per hebdomadas tres. Deindè die præ-

cedente antequam hæc è terra rursus eximere

volueris, sumis.

Amygdalarum dul. excortic. vncias sedo-

cim.

His in mortario priùs probè contusis, & in vi-

treo vel vitreato aliquo mundo vase colloca-

tis superinfunde.

Aquæ Rosar. albarum & flor. Buglossae ana.

vncias octodecim.

℞.

Steni in infusione, per horas viginti quatuor. Iam verò rursus accipe

Hordei cremati vncias sedecim.
Hoc in mortario grosso modo, confringe, illique superinfunde

Aq. Fragorum & Lilior. Contallum. ana.
vncias septendecim.

Stent etiam simul in alio vase in infusione per horas viginti quatuor. Tandem Amygdalas in infusione stantes exacte terito, & vna cum aquis quibus immaduere diligenter subigito, quo facto & Hordeum crematū aquis suis infusum huic Amygdalogaleari iungito, ac vna in olla simul omnia studiosè permisceto. Quod si aquarū Amygdalis & Hordeo superinfusarum quantitas commixtioni non suffecerit, de vino Maluatico in quo Aromata & Herbae sub terra defossae maeratae sunt quantum sufficere videbitur adiungito, vt sic omnia probe in olla simul concussa permisceantur donec mixtura lacti euadit similis. Tum demum Aromata, Herbas, radices q; vna cum Vino Maluatico reliquo in quo infusa steterant, & iam dicta omnia additis Mellis despumati vnciis octodecim simul confundito ac commisceto, & cucurbitae indita leuigine aquam ex arena distillato. Nunc verò recipe veterem Caponem, quem fune suspensum suffocabis, mundatumq; exeterabis.

¶

Huic

Huic in frustula dissecto abiecto, omni sordē & pinguedine affande Vini Maluatici mensuram vnam, quo sanguinem elues ac dissolues, tum vino huic Maluatico & iam dicti Caponis carnibus iungito.

Aq. Boraginis,

Verbenæ,

Fœniculi,

Saluæ. ana libras duas.

Dactylorum recent. exossatorum,

Vuarum passarum,

Passularum minorum,

Nucis Moschatæ. ana. vncias duas.

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Zingiberis,

Cubebærum,

Granorum Paradisi,

Zedoariæ. ana. vnciam semis.

Croci drachmas duas.

Conseruæ Rosarum rub. vncias quatuor.

Incidenda incidantur, & ollæ operculo diligenter clausæ ac circa iuncturam operculi pasta studiosè circûlitæ, ne quid expirare queat, indita senssim simul decoquantur donec carnes Caponis ab ossibus se separauerint, tunc brodio huic adhuc seruētī inijce panis triticeī adhuc à furno calentis, & in frusta confracti

Pp 3

vacias

vnēas sedecim, & de libo vel pasta Mellea cum
aromatibus bis cocta in lamnas dillecta, ab su-
per cratem tosta & Melle oblita vnēas sedeci-
atq; olla probe clausa sic per noctē, vt in bro-
dio cuncta moleſcant, stare finito. Deinde de-
rò brodium à rebus infusis separa, Capnemq;
vnā cum rebus reliquis sibi iunctis eximè co-
tunde, donec pulvis formam acquirat, quam
pulverem brodio prius separato redde, eamq;
in iam dicto brodio dissolue, & ad his aſſipullæ
inditis magna cum diligentia aquam ex arena
leui calore extilla. Jam verò primam aquam &
secundam hanc commisce, in iſſæque infunde
Auri purissimi quantum volueris, vitre q;
accuratè per triduum solis calori & radiis ad in-
solandum exponito; ac tùm demùm rursus a-
quam hanc omnem cum diligentia per distil-
lationem ab Auro abſtrahito. Dosis aquæ hu-
ius ab vncia semis vsq; ad vnciam vnā.

Datur feminis quæ sæpius abortum passa
sunt magno emolumento; itemq; grauidis
ubi à subito terrore aut occasione aliqua extrin-
seca langneſcunt, Lipothymias & animi defectio-
nes, venisq; inflationes in his persanat; infir-
mum foetum roborat, vteri ligamenta firmat, E-
pilepsiam arcer, sanguificationi proficit, status de-
let, quin etiam parturientes in enixi adiuuat, &
in summā spiritus restaurat viresq; fulcit, dola-
res

res ac tormina gravidarum discutiens non gra-
uide modo, sed & ferui confortando remedium
salutare, ac Dei beneficio summè proficuum. Da-
tur quoties necessitas exegerit cochlearis mēsurā.

AQUA BARDIANÆ

Composita.

Rad. Bardanæ recent.

Vincet oxici recent.

Cort. med. rad. graxini ana. libras duas.
Minutim incisa infundatur horis viginti qua-
tuor in vini albi odoriferi & acet. Rutacei ana.
libras quinq.

Postea destillentur in Balneo Mariæ, adden-
do post destillationem Olei Sulphuris acidi
quantum satis pro manifesto acore, & ad sin-
gulas libras liquoris egressi Campboræ scru-
pulum semis, quæ in nodulo ligata stillatio
huic liquori immersa pendula permaneat.

Aqua hæc crebro vsui quondam fuerat Cla-
rissimis Reip. nostræ Medicis Tobia Cneulino
& Ioanni Paulo Zangmaisterq. Ea etiam Col-
lega nostri fidelissimi D. D. Carolus VVideman-
nus, Ioann Jacobus Schißlerus, Raymundus,
Mindererus, & Hieremias Cneulinus grassan-
te peste felici successu vsi sunt, ut qui aegris hac lue
infectis in publicum Nosocomium delatis tunc
temporis opem & operam suam præstabant. Su-

Pp 4

dores

dores enim potentissime prolicet, venenatorum
humorum malitiam temperat, infectionis ac pu-
redinis miasmata disijcit, ac venosum corporis
habitum excusso sudore repurgat.

ELIXIR VITÆ, MAT- thioli.

- ℞ Cinamomi vnciam vnam,
Zingiberis drachmas quatuor,
Stantalorum omnium. ana. drachmas sex.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatæ. ana. drachmas duas
& semis.
Macis,
Cubebæ. ana. drachmam vnam,
Cardamomi vtriusque.
Sem. Melanthii. ana. drachmas tres,
Zedoariæ vnciam semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi dulcis,
Pastinacæ sylvestris,
Ocymi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Glycyrrhizæ,
Calami odorati,
Thu minoris,

Fol.

Folii Sclarea, ana.
 Thymi,
 Calaminthæ,
 Pulegij,
 Menthæ,
 Serpylli,
 Amarici, ana. drachmas duas.
 Rosarum rubearum,
 Florum Saluæ,
 Betonicæ,
 Rorismarini,
 Stoechadis,
 Buglossi,
 Boraginis, ana. drachmas **vi** **ana**.
 semis.
 Corticum Citri drachm. tres.
 Pulueris Diambæ,
 Aromatici Rosati,
 Diamoschi dulcis,
 Diamargarital.
 Diarhodon Abbatis,
 Electuarij de Gemmis, ana. drach-
 mas tres.

Terantur quæ terenda sunt, & deinde in vi-
 treo vase macerentur ex libris duodecim A-
 quæ vitæ præstantissimæ, è selectissimo Vino
 paratæ, occluso subindè vasis osculo diebus
 quindecim continuis. Ac deindè vitreo alem-

bico vasi superposito per aquæ feruentis bal-
neum, à perito artifice destillantur, osculis a-
lembici adeò conclusis vt nihil indè expirare
possit. Aqua quæ indè fluxerit in aliud subin-
dè vas recondatur, additis Santali odorati tes-
selatim concisi, duabus drachmis, Moschi &
Ambre in reuoluto colligatorio ana in scru-
pulo vno semis & Iulapii rosari clarissimi libra.
Demum concutiantur fortiter quousque.
Iulapium cum aqua misceatur, claudaturque
deinde vas cera & membrana, ac ita quiescat
diebus quindecim continuis, & vltimo in ali-
ud transferatur vitrum, ibique assuetur pro
vsu.

Aqua hæc mirabilis efficacie ac inuamenti
existit, quippe non solum hausta sed in faci-
em ex alterius ore proiecta Epilepticos, defectos
animo, & feminas vteri strangulatu decedentes
renocant, loquelam amissam restituit, & iam-
iam moribundos tamdiu sustinet, vt quandoq;
miraculi speciem afferat. Additur etiam in cly-
steribus Colicorum, vncie pondere, presentaneo
auxilio, vbi à flatu aut frigiditate provenit mor-
bus, & præsertim additis Theriaca aut Mithri-
datica Antidoti binis drachmis deniq; ad
frigidos omnes affectus Medicamen-
tum magnopere commendandum
existit.

Aqua

AQUA VITÆ COM-

munis.

- ꝑ. Cinamomi electi vncia semis,
 Zingiberis vnciam vnam,
 Caryophyllorum,
 Nucis Moschatae,
 Granorum Paradyfi ana. vnciam semis,
 Ligni Aldes,
 Macis,
 Piperis longi ana. drachmas duas,
 Flor. Saluie odoratae libram,
 Cardamomi,
 Mastiches,
 Cubebarum,
 Calami Aromatici,
 Galangæ ana. drachmam vnam semis.
 Flor. Rosarum rubearum drachmas duas.
 Citrariæ vnciam semis.
 Corticum Citri drachm. sex.
 Baccarum Lauri vnciam semis.
 Stœchadis Arabicæ drachmas quatuor.
 Rorismarini,
 Maioranae,
 Lauendulae,
 Melissæ,
 Betonicae ana. drachmas sex.
 Ruta vnciam semis,

Ca-

Castorei,

Spicæ Indicæ. ana. drachmam vnam.

Tulueriscentur omnia grosso modo, & infundantur per decem dies in Vini Maluaticilibris octo, Vini sublimari optimi libris duabus. Destillentur lento igne in alembico benè obturato, cui infundatur in pecia

Ambra Cineritiæ,

Moschi Alexandrini. ana. drachm semis.

Seruetur optimè, ne euaporet.

O Mnes in vniuersum corporis vires firmat, spiritus rescit, cor recreat, animi deliquia pellit, syncopas delet, vitales spiritus auget ac reficit, nec non calorem natuum languentem excitat.

AQUA CAPONIS

Composita.

✶ Caponem euisceratum atque in frusta incisum, deposita pinguedine, decoque in sufficienti quantitate aquæ secundum artem.

✶ Brodii colati libras duas semis.

Aq. Boraginis,

Buglossæ. ana. libram vnam semis.

Florum Rosarum,

Violarum,

Buglossæ,

Bora-

Boraginis. ana. drach. duas.

Cinamomi electissimi vnciam vnam.

Destillentur in alembico vitreo secundum

artem.

A Nalepticum ac resumptivum est Medicamentum, Tabidis, consumptis, & à morbo longo extenuatis, vel ijs qui cibos solidiores assumere nequeunt proficuum.

AQVA FORTIS.

Aluminis Rochæ libram semis.

Vitrioli Romani,

Salis Nitriana. libram vnam semis.

Contundantur, & alembico benè lutato distillantur.

AQVA HIRVNDINUM vsitata.

Pullorum Hirundinum viuo corpore laceratorum, aut dissectorum, numero viginti quatuor.

Visci quercini vncias tres.

Sem. Pæonia excorticati, vnciam vnam.

Rad. eiusdem vncias duas.

Aq. Lilior. Conuallium.

Aq. Fior. Sambuci,

Pæonia,

Tiliz

Tiliæ anacyntias triginta duas, seu mensuram ciuilem nostratam.

Stent in infusione loco calido, per horas viginti quatuor, deinde destillentur per Balneum Mariæ.

Reseruetur liquor stillatitijs in vsum.

A Duersus Epilepticos insultus potens est, Apoplexiam auertit, vertiginem curat, Incubo ac Paralyfi auxiliatur, ac infantium convulsionibus strenue medetur.

Huius descriptionis formula, nobis hucusq; vsitata & consueta extitit, quam etiamnum retinemus, licet varii eius aquæ parandæ modi prostant. Libuit autem alias duas formulas Medicis nostris probatas, hic subiicere, ne publicum bonum in priuatum commodum transtulisse videamur.

AQVA HIRVNDINVM

composita minor.

Hirundinum vt supra viuis corporibus discerptarum numero quadraginta.

Foliorum Rutæ recentis manipulos duos,
Castorei vnciam vnā.

Vini albi libras tres.

Destillentur in Balneo Mariæ, vt artis est.

Epilepticos paroxysmos abrumpit, ac Comitiali morbo percussos exuscitat.

Validior est qua sequitur.

Aqua

AQVA HIRVNDINVM

composita maior.

☞ Pullorum Hirundinum viuo corpore dis-
scriptorum numero quadraginta.

Castorei vnciam vnam semis.

Sem. Pæoniæ,

Rad. eiusdem,

Visci quercini ana. vncias duas.

Rad. Dictamnialbi. vnciam vnam.

Foliorum Rutæ,

Flor. Sambuci,

Tiliæ,

Liliorum Conuallium,

Anthos,

Paralyseos ana. manipulum vnum.

Cinamomi acuti drach. tres.

Cubebæ,

Macis,

Ligni Aloës ana. drach. duas.

Vini albi odoriferi libras octo.

Aceti scillitici libras duas.

Macerentur per triduum in vase vitreo probe
clauso. postea lento igne per cineres aut Bal-
neum Mariæ destillentur. Liquori stili vlatitio
huic postmodum addendo.

Spiritus Vitrioli rectificati & ex arte præpara-
ti, quantum satis pro acore fuerit, Repo- natur.

Cerebræ

Cerebrumque potenter reserat, obstructions
 ventriculorum eius aperit, convulsionē,
 Spasmus, Paralyfin, Apoplexiam, Epilepsiam,
 morbumq; Comitialem eiusq; insultus reprimat
 ac abruat. Et hos quidem affectus non quali-
 tate solum manifesta, sed etiam a proprietate pel-
 li: verum adultis potissimum usurpanda. Vteri
 quoq; affectus ac suffocationes plurimum inuat.
Quibus Castoreum odoris offensam parit, si Am-
 bræ aut Moschi nonnihil adycere, eamque mo-
 di co Saccharo dulcorare poterunt, ut euadat in-
 cundior.

AQVA CVM MER- CURIO.

℞ Mercurij sublimati vnciam.
 Aquæ fontis libram.
 Misceantur.

LAC VIRGINEVM.

℞ Aluminis crudi vncias quatuor.
 Decoquantur ad tertias in aquæ fontanæ pu-
 ralli oris duabus. Postea
 ℞ Lychargyrj libram semis.
 Acceti Vini libram vnam semis.
 Decoquantur ad remanentiam libræ vnius,
 colescant & commisceantur ambæ aquæ, ac
 sputa alata tamdiu agitentur donec albescant.

LAC

LAC VIRGINIS SEV

Aqua Lithargyrii.

℞ Aceti acerrimi libras quinque.

Lithargyrii aurei,

Argentei ana vncias quatuor.

Stent in infusione in vase vitreo per biduum,
postmodum acetum extilletur per alembi-
cum, quod asseruetur. Deinde

℞ Aluminis plumosi,

Salis Gemmae ana drachmam vnam.

Thuris masculi vnciam semis,

Camphoræ serupulos duos

Aquæ Rosarum libram vnam.

Olei Tartari vncias sex.

Terenda terantur, stentq; simul in infusione,
per horas viginti quatuor, rursusq; ab his a-
qua per alembicum eliciatur.

Cosmeticum est Medicamentum, cui perpo-
lienda ac manibus leuigandis accommo-
dum, faciem tergit, eamq; præstat nitidam, lenti-
gines delet, cutis infectiones adimit, nec non ser-
pigines, lichenas, impetiginesq; persanat. Eius
gutta pauca pro vice vna parti affecta vel per se
vel admixta alia aqua conueniente illuminantur.

AQVA VSITATA AD
oculos.

℞

℞.A.

Aloës hepaticæ,
 Sarcocollæ. ana. drach. vnam.
 Camphoræ,
 Croci Orientalis. ana. drach. semis.

Puluerifentur omnia per se minutiffimè.

Adde Vini Cretici,

Aquæ Rosarum. ana. vncias sex.

Bulliant in duplici vase secundum artem.

AQVA PANACIS HERACLEI

Composita.

Rad. Præniæ decreſcenteluna collect. vne.

Sem eiufdem vnciam vnam semis. (tres.

Papaueris albi vnciam vnam.

Visci quercini,

Sileris montani. ana. vncias quatuor.

Myrrhæ electæ,

Castorei. ana. vnciam semis.

Rad. Leuistici,

Diptami albi,

Zedoariæ. ana. vncias duas.

Infundantur per dies decem in loco calido, si-
mo aut arenâ, in aquæ Melissæ Maio mense
extillato libris quatuor, & Vini Aromatici
odorati libris tribus. Postmodum lege artis
distillantur.

VTerinis affectibus medetur; præsertim verò
præfocationibus ac Epilepsia per consensum
matricis natæ; menses itidem ac secundas pellit,
& flatus uteri dissipat.

AQVA

A Q V A STAPEDIANA

P R I M A.

Theriaceæ Andromachi,
 Mithridatij Damocratis. ana. vñcias sex.
 Pul. Elect. de Bolo apud Iouber. ana.
 Bezoardici apud Nicol. ana. vñc. duas.
 Aquæ Vitæ per Balneum bis distillatæ,
 Vini Maluatici,
 Aceti Rutacei. ana. libram vnam.
 Succirad. Pimpinellæ,
 Limonum. ana. vñcias sex.

Distillantur simul in Balneo, ac stillatitio huius
 liquori conseruato in phiala vitrea immisce.
 Theriaceæ vñcias sex, maneatq; sic simul
 omnia, vt in fundo quiescat Theriaca.

IN Peste morbisq; malignis mirificas vires ob-
 tinet, sudores potentissime mouet, vnde vene-
 natam materiam omnem disycit, valeiq; plu-
 rimum tam in curatione, quàm in præseruatione.

A Q V A STAPEDIANA

S E C V N D A.

Conditi pro familia libras duas.
 Aquæ Vitæ semel in Balneo extractæ,
 Vini Maluatici,
 Aceti Rutacei,
 Succirad. Pimpinellæ,
 Limonum. ana. libram vnam.

Q 2

DI.

Distillantur in Balneo, ad extillato liquori per
misce Theriacæ Andromachi vncias quatuor,
resideat in fundo Theriaca.

CONDITVM PRO FA- MILIA.

Hoc est.

℞ Granorum Iuniperi vncias sex
Caricarum pinguium numero duodecim
Nucleor. Nucum Juglandium vncias octo.
Conferuæ flor. Boraginis,
Buglossæ. ana. vncias qua-
tuor.

Theriacæ veteris,
Mithridatij optimi. ana. vncias duas.
Rad. Tormentillæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ,
Angelicæ,
Zedoariæ ana. vnciam vnam,
Cum Syrupō de Limonibus fiat Condi-
tum.

AQVA THERIACALIS Bezoardica.

℞ Rad. Valerianæ,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,

Bar-

Bardana,

Gentiana,

Petasitis. ana. vnciam vnam semis.

Angelica,

Dictamni albi. ana. vnciam vnam.

Enula Campana,

Zedoaria,

Aristolochia rotunda. ana. vnciam semis.

Cortic. median. Fraxini manipulos quatuor.

Herb. Betonica,

Veronica,

Scabiosa,

Cardui Benedicti,

Hyssopi. ana. manipulum vnum, & semis.

Acetosa,

Agrimonia,

Fumaria,

Ruta.

Centaurij minoris. ana. manipulum vnum.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur ac infundantur in

Vini albi Neccarici mensuris quatuor,

Et

Aq. Valeriana,

Scabiosa,

Qq 3

Acc-

Acetosa. ana. mensura vna.

Adde

Theriaca Andromachi & Communis. ana.
vnciam vnam & semis.

Electorii de Ovo vnciam vnam.

Boli Armeni puluer. vnciam semis,

Destillētur omnia lento igne in alembico bene ocluso, seruentur vsui.

Praestans est haec aqua in pellenda lue pestifera, commotis nimirum & proleclis sudoribus supposita: manē à ieiuno dimidij cochlearis mensurâ pota praeseruatium est celebre, malignis quoque febribus potenter resistit & aduersatur.

AQVA THERIACALIS
BEZOARDICA RAYMVNDI MIN-
dereri p.m. seu chylo stigma eiusdem
Diaphoreticum.

¶ Succorum Nucum Iuglandiū imaturarum,
Limonum.

Acetosa,

Pimpinellæ. ana. libram vnā sem.

Cardui Benedicti,

Scordii nostratis,

Rutæ. ana. libram vnam.

Scabiosæ,

Hederæ terrestris,

Calendulæ.

Melis.

Melissæ hortensis odoratæ, ana.
vncias octo.

Chelidoniæ,

Galegæ,

Aceti de Rubo Idæo,

Sambucini,

Rosati ana. vncias quatuor.

Rutacei libram vnam,

Radic. Tormentrillæ,

Gentianæ,

Dictamni albi ana. vncias duas.

Vincetoxici,

Carlina ana. vncias duas semis.

Petasitidis,

Ostrutii,

Angelicæ,

Zedoariæ,

Cort. Citri ana. vncias tres.

Boletorum Ceruinorum vncias
duas.

Fol. Dictamni Cretici,

Scordii Cretici,

Chamædryos ana. vnciam vnam.

Santali Citrini drachmas tres.

Ligni Rhodii puluerisati drachm. duas.

Theriacæ Andromachi. vncias duas.

Mithridatii Damocratis vnciam vnam.

Baccarum Iuniperi recentium librâ vnâ.

℞ 4

Corr.

Cor, median. Sambuci recent.

Fraxini recent. ana manip. tres.

Cortices Sambuci & Fraxini vna cum bac-
cis Iuniperi contundantur in mortario
vehementi, & extrahatur inde succus cum suffi-
cienti quantitate Aceti de floribus Tunicae,
aqua Pimpinellae & Rosarum, fumendo singu-
lorum partes aequales. Hic expressus succus
permisceatur cum succis & liquoribus supra
commemoratis, diluaturq; in his Theriaca &
Mithridatium. Tandem vero caetera incisa &
contusa in succis & liquoribus jam dictis in-
fundantur, atque ijs sic tridui spatio immace-
rentur, postmodum lento roridi balnei calore
per distillationem liquor euocetur, in cuius
medietate suspendatur Camphorae in nodu-
lo serico ligatae drachma vna, altera medietas
pro ijs qui Camphoram non ferunt, seorsim
reſeruetur.

*Valenter hac aqua sudorem pellit venenatamq;
omnem materiam a centro ad circumferentiam
corporis expellens disijcit, sua subtilitate corpus
vndiq; peruens, arcensq; putredines. Vnde Pe-
ſte correptos adiuvat, febribus malignis aduerſa-
tur, morbos contagioſos ſtrepens oppugnat; exan-
themata, maculas pulicares ſeu Petechias, va-
riolas ac morbillos excludit. Datur eis portio ali-
qua cum Symplo Aerodinis Citri aut Limonum,
vel*

*vel cum succo Acetosella additis speciebus Libe-
rantis aut Cordiali aliqua alia Antidoto corpore
ab eius usu ad sudorē composito. Descripta est ab
auctore eius Collega nostro quondam Raymundo
Mindererō p.m. in libello de Peste, sem circa
annum Domini 1608. edidit.*

Si Succus Galegæ & Scordii defuerit, sub-
stituatur Succus Veronicæ ac Verbenæ.

ACETVM SCILLI- ticum.

Scillæ præparatæ laminas inter corticem &
Scor medias, acu lignea filo consutas, tanto
intervallo ne se contingant, siccabis in vmbra
dies quadraginta: postea concisam cultello li-
gneo libram vnam dies alios quadraginta in-
solabis in aceti boni (videlicet albi antiqui) li-
bris octo, in vase vitreato stricti orificiū bene
obstructo, postmodum colabis & vtēris. Ni-
colaus sumit

Scillæ pane involutæ & in libano assatæ seu
coctæ libram vnam semis.

Aceti acerrimi libras septem, ac in vase vi-
treato per dies quadraginta insolat.

Si verò accelerare cogeris, sepeli vas in calido
cinere, vel sabulo. non repente sed paulatim,
horarum aliquot spatio intercedente.

Qq 5

Cum

Cum aceti huius vires sic belle describat Galenus, ideo eius textum huic loco inferendum merito duximus, qui sic habet. Acetum Scillinum, quo omnes Imperatores vsi sunt, ab ipsis authenticatur, quicumq; hoc viatur, longe vite fore, & eius. extrema integra, vsq; ad finem permansura. Et ipse quidem Saminius senex huiusmodi extitit: quantum enim temporis vixerit, haud ignoras, de ipso in libro traditum est, quod cum suis consanguineis hanc facultatem communicauit: cumq; hoc medicamento vii incœpit, quinquagesimum annum natus erat, & vsq; ad centesimum decimum septimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduersa valetudine tentatus. Hec sanè medicamenti author descripsit, quod fortasse vir philosophus erat, mentiri nescius. Nos vero viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam constantemq; huius medicamenti facultatem esse testamur. Oportet igitur sumere Scillam montanam libe vnus ponderis, & dura circumcidere, & mollia minutatim concidere, & aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mittere, atq; obturare, ac per triginta dies in Camicule caloribus, ut maceretur, permittere: deinde Scillam extractam exprimere. Id genus aceti parum manè sorbeto. Tibi autem hæc euenient, ut ne faucium orisq; partes vnquam remollescant, os ventriculi bene valebit, facile spiritum

ritum duces, vox recte habebit, oculi acutissime cernent, aures in officio manebunt, nullusq; flatu suus vapor in ventre unquam excitabitur, nullus viscus suspensus erit, & bene spiras, bene coloratus deges. Ad civilia negotia recte affectu non accides. salum ructabis, si aliquid aceti h. u. assumpseris: & ieiunus ut assumas precipio, septemq; postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto qui vititur, in victu quamvis licentiosus esto: omnia enim cibaria consciet, & à nullo unquam offensam patietur: neq; valde implebitur, sed in melius proficere videbitur. nihil superuacui in corpore residebit, non flatu, non bilis, non stercus, non vrina, sed omnia facile ex cernit, atq; educit. Alius lubrica omnino est, totiusq; corporis purgatorium medicamentum: etiamsi in offibus sordes inhereant. Item Phthysicos ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restituutos nouimus. Morbo Comitiali diuturno efficaciter profuit, ut nisi post longa temporis intervalla non redierit: incipientem verò ac nouum perferre discit, neq; reueri amplius hunc affectum permittit. Ad Podagras praterca & articulorum morbos iecoris, lienisq; duritias vehementer facit. Et particulares quidem aceti Scillini effectus hi sunt. Communes autem quam plurimi: quibus nos commoti, salutare hoc medicamentum sanitatis integritatisq; causa, tibi tradidimus
Galenus.

PRO.

PROSTANT APVD NOS

etiam alia acetorum medi-

mentorum genera utpote.

Acetum Calendularum.

Car. ophyllatum, seu ex floribus Tunicae.

Citratum.

Nucum.

Passulatum.

De Rubo Idæo.

Rorismarinatum.

Rosatum.

Rutaceum.

Sambucinum.

Violatum &c.

ACETVM THERIA-
cale.Rad. Chelidonii maioris vnciam vnā
semis.

Angelicae.

Ostrutii.

Gentianae.

Bistortae.

Valerianae.

Pimpinellae.

Dietamni albi.

Car:

Carlinæ.

Zedoariæ .ana. drachmam vnam.

Plantag. maioris drachmam vnam se-
mis.

Fol. Scordij.

Gardui Benedicti,

Dictamni Cretici .ana. pugillos duos.

Cortic & sem. Citri .ana. drachmam v-
nam semis.

Granorum Iuniperi drachmas duas.

Nucleor. Nucum Juglandium vncias
duas.

Santali Citrini drachmam semis.

Infundantur omnia in sufficienti quantitate
aceti Rutacei, ac sic simul in vitro probè clau-
so infusa permaneat.

M Orbis venenatis auxiliatur, putredinem,
humorum arcet, sudores prolicit, pestilentis
luis contagia dissipat: presumpsum ab infectione
corpus tuetur, ac Peste correptus tam interne ex-
hibitur, quam forinsecus arteriarum & cordis
regioni superimpositum plurimum reficit ac re-
creat.

AQVÆ DESTILLATÆ
vfitatæ.

Abrotani.

Absinthij.

Acc-

Acaciæ nostræ.

Acerosæ.

Acetosellæ.

Adianti.

Agemonij.

Alchæ. villæ.

Altheæ.

Alfines.

Anagallidis.

Anthemidis.

Anethi.

Angelicæ.

Anguriæ.

Apij.

Aquilegiæ.

Artemisiæ.

Arnoglossæ.

Asari radicum.

Aronis.

Asparagorum.

Auriculæ muris.

Baptifeculæ.

Basiliconis.

Bardanæ. *Simplex.*

Composita.

Berberorum.

Betonicæ.

Betula

Betulæ arboris.

Boraginis.

Botryos.

Brassicæ.

Buglossæ.

Bursæ Pastoris.

Bryoniæ.

Caponis.

Calaminthæ.

Cancrorum cum Sale Ammoniaco.

Calendulæ.

Cardui Benedicti. *Simpl. & Magistralis.*

Cardui B. Mariæ.

Capillorum Veneris.

Capitis Monachi.

Caudæ equinæ, Hyperidis.

Centaurij.

Cerefolij.

Chelidonij.

Chamædryos.

Chamæpityos.

Chamomillæ.

Cichorij.

Cinamomi.

Cera-

Ceraforum nigroꝝum.

Citri Pomorum.

Consolidæ mediæ.

Consolidæ regiæ

Crassulæ.

Cochlearum.

Centinodij.

Ceparum.

Caprifolij florum,

Cucurbitæ.

Cuscutæ,

Citrullorum.

Cydoniorum.

Cynoglossæ.

Ebuli.

Endiuia.

Enulæ.

Eupatorii Augennæ.

Euonymi.

Euphragiæ.

Farfaræ.

Fœniculi.

Fragariæ.

Fragorum ex fructu.

Fraxini.

Florum Fabarum.

Mo-

Florum Siliginis.
 Florum Tiliæ.
 Florum Cyni.
 Florum Tunicæ.
 E Floribus omnium.
 Fumariæ.
 Fungorum.

Graminis.
 Galegæ.
 Genistæ.
 Gentianæ.
 Geranij.

Halicacabi.
 Hederæ vtriusq;
 Helxines, seu Parietariæ.
 Herniariæ.
 Hirundinum.
 Hyssopi.
 Hypericonis.

Iridis.
 Iuæ Artheticiæ.
 Iuniperi ex granis.

Lactucæ.
 Lauandulæ.

R r

Letul.

Leuistici.
 Linariæ.
 Liliorum Conuallium.
 Liliorum alborum.
 Papathi.
 Pululorum.
 Ligustri nodosa.
 Lumbricorum.

Maioranæ.
 Maluæ.
 Marrubij.
 Matricariæ.
 Mellis.
 Meliloti.
 Melissa vtriusque.
 Mentha.
 Mentastri.
 Mercurialis.
 Millefolij.
 Milij solis.
 Melonum.
 Morsus Diaboli.

Nasturtij.
 Nicotianæ.
 Nucum immaturarum.
 Nymphaeæ.
 Numulariæ.

Ori-

Origani.

Ononidis.

Panacis Heraclei.

Papaveris vtriusque.

Peculi Rosarum.

Parietariæ.

Petrofelini.

Pæoniæ.

Pulegij.

Primulæ Veris.

Petafitidis.

Perfoliatæ.

Periclymeni.

Phyllitidis.

Picarum.

Plantaginis vtriusq;.

Pimpinellæ.

Portulacæ.

Prunellæ.

Polygonati.

Polytrichi.

Pyrorum sylvestrium.

Pyrolæ.

Quercus foliorum.

Rosarum vtrarumque.

Ri 2

Rapa

Raparum.

Raphani.

Roris Maialis.

Roris Marini.

Roræ.

Sabinæ.

Saluiz vtriusque.

Sambuci.

Saniculæ.

Satyrionis.

Saturegiæ.

Saxifragiæ.

Scabiosæ.

Scordij.

Sedi, seu Semperuiui, *Simpl. & Comp.*

Senecionis.

Serpilli.

Scolopendriæ.

Solatri.

Spicæ Nardi.

Scrophulariæ.

• Spermatidis Ranarum.

Squamariæ.

Spiritus Capparum.

Cerasorum.

Juniperi.

Vini.

Tabacæ

Tabacæ.

Tamaricis.

Tanacetī.

Testudinum.

Tormentillæ.

Trinitatis.

Tussilaginis.

Valerianæ.

Verbasci.

Veronicæ.

Verbenacæ.

Violariæ ex floribus & herbâ.

Vitium lacrymæ.

Vrticæ.



Rr 3

ME.